



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 66.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

ad partem Sigiberti restituit. Multi ibidem de exercitu Chilperici & ipsis Pictaueusibus sunt gladio trucidati: Thaloardus & Nuncio duces. Langobardorum per ostiola in Sidonense territorium cum exercitu sunt ingressi, ad Monasterium Sanctorum Agaunensium nimiam facientes stragem Baccis villa, nec procul ab ipso monasterio, & duces eorū exercitus à Violico & Theudofredo ducibus Gunthramni sunt interfecti. ^{g al. quadraginta millia tantum.} g quadraginta tantum ex illis fugaciter Italiam remeant.

C Hlodoueus filius Chilperici Burdegalem peruadit; à Sigulfo duce superatus, fugaciter ad patriam redit. *Caput 65.*

C Hilpericus Pictauos & Thuronos de regno Sigiberti peruadit, & Sigulfum ducem in fugam vertit, suumq; exercitum prostrauit. Chilpericus ciuitates quas peruaserat, eas Sigiberto reddidit. Post annum Chilpericus cum exercitu multo regnum Sigiberti ingreditur: sed intercurrentes legati pacificati sunt. *Caput 66.*

P Ostea inientes consilium, amboq; mouentes exercitum volentes Guntramnum interficere, regnumq; eius assumere, Sigibertus cum exercitu Arciaca residens, Chilpericus duodecim pontes. Audiens hæc Gunthramnus exercitum velociter mouit, veniensq; villam Veriaco, intercurrentibus legatis, hi tres germani, Sigibertus, & Gunthramnus, & Chilpericus Treas vixerunt. Et in Ecclesia sancti Lupi sacramenta cōtra Guntramnum, vt pacem seruaret, dederunt. Guntramnus idemq; cum eis pacem sacramētis firmavit. Reuertentes ad castra Australij aduersus Sigebertum rumorem

T t t rem